

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Testimonium b  
cum fonte primo

Duobus aut tribus testibus  
stat omne uerbum sed  
illis testibus qui ante  
hesternum aut nudius tercius non  
fuerunt inimici ne irati nocere cupiant,  
ne lesi ulcisci se esse uelint. Inoffensus  
igitur affectus testium queritur, ita  
tamen ut accusator proprius in medium  
procedat.

Ambrosius epistola LVI. ad Siagrium.

Si leges publicas interrogamus,  
accusatorem exigunt, si ecclesiae,  
duobus, inquit, et tribus testibus  
stat omne uerbum (Mat. 18:16), sed  
illis testibus, qui ante  
hesternum et nudius tertius non  
fuerint inimici, ne irati nocere cupiant,  
ne laesi ulcisci sese velint. Inoffensus  
igitur affectus testium quaeritur, ita  
tamen ut accusator prius in medium  
procedat.

Ambrosius Mediolanensis, *Epistolae*, 8,  
56, 2-3 (CSEL 82.2, M. Zelzer ed., p.85,  
ll.27-32).